

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Suffragium a cum uariis

Sunt quos nichil adiuant omnino ea que fiunt pro mortuis siue pro eis fiant quorum tam mala sunt merita ut nec talibus digni sint adiuuari, siue pro eis quorum tam bona ut talibus non indigeant adiuuentis. Genere igitur uite quod gessit quisque per corpus efficitur ut prosint uel non prosint quecumque pro eis fiunt pie cum reliquerit corpus. Nam meritum si nullum per quod ista prosunt, comparatum est in hac uita, frustra post hanc uitam queritur.

Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

adiuant omnino ea que] iuant omnia que P V<sup>1</sup>; omnino *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ea] ista V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
fiunt] sunt L<sup>2</sup>; siue] seu P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nec] neque V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sint] sunt B C; bona] sunt merita  
*add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; genere] gratie P V<sup>1</sup>; uel non prosint *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; eis] eo V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
reliquerit] reliquant P V<sup>1</sup>; si nullum] si nullum *add. (del. intra)* M; comparatum]  
compertum P V<sup>1</sup>